

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XLII [i. e. XXXIII]. Qvomodo Amicitias cum Bela rege Vngariæ
composuerint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

libet optimi generis vel coloris pannorum coemere poteris in sarcinas concludes, aliasque species glorioſas & res pulchras emens, omnia his iumentis in POMMERANIA M ditiges, partim dona maioribus, reliqua vero cauta venditione habita precium captiuis quos in barbaras nationes abductos constituerit. Hæc autem si, ut dictum est, ita exequi potuerimus, nec tu nec ego fructu inanis nec sine mercede in futura vita remanebimus. Hac etenim causa equitaturas tuas abstuli. Abiit homo & quia fidelis erat, omnia sicut Episcopus ordinauerat haud segniter impleuit. Munerantur honestiores, institutor OTTONIS laudatur, forum eius ac distractio populo rudi admiratio fuit & exemplo, certatimq; cuncti rapientes res duplo emebant, tum præ dilectione pontificis, tum etiam quia precium redemptionis esse sciebant.

*QVOMODO AMICITIAS
cum Bela rege Vngaria composuerint.*

XLII.



IS omnibus ad votum Episcopi explicitis, eundem economum mittit ad Regem HVNONIUM illum beatæ memorie BELAM, qui à patre suo COLOMANNO rege cum patre suo almo Duce in diebus adolescentiæ luminibus priuatus, postea in regnum sublimatus est, oculisq; fidei ac sapientia mentis præditus rem publicam VNGARORVM per annos plures gnauiter administrauit, plenus orationibus plenus & operibus bonis, & eleemosynis. Certus itaq; de strenuitate RUDULFI Episcopus, cui^o memoria semper in benedictione sit, qui ad omnia studia misericordiæ sedulus ei minister erat, ad prædictum regem BELAM magnum elemosy-

emosynatorem cum literis ac donatijs cum direxit, parare amicitias ac societatem, noticiam quoque ac parilitatem studiorum in operib^o misericordiæ, accendere hominem sanctum ad desiderium futuræ expectationis, ad gaudium æternæ vitæ atq; beatitudinis. **BELA** igitur accepto nuncio auditisq; literis Episcopi, spirituali gratia & diuina cōsolutione plenis lætatus est valde, atq; in festo paschali, quod apud VNGAROS etiam propter ipsius terræ maximā vberatem multa epularum largitate splēdide ac delicate celebrari solet, magnifice habuit nuncios **OTTONIS**, vitam, eius conuersationem statim crebro & opera interrogans, miraturq; omnia quæ de illo audiuit, magnæ felicitati adscribens, quod talis viri dona & literas per nuncios accipere meruisset. Consummatis ergo diebus cum tempus esset dimittendi legatos, multa deuotione sacris beati viri orationibus rex sese commendans dona multiplicat, vasa aurea & argentea & vestes preciosas mittit, in super viginti libras exco*ti* auri, specialiter obsecrans, ut has in aliquos diuinos ysus in recordationem sui expenditure dignaretur. **Episcopus** ergo acceptis donis & auro, nil moratus beato **MICHAELI** hoc obtulit, **CRVCIS** decus in nomine **SALVATORIS** de hoc fieri mandans, additque de suo auri quantitatem & gemmas, & clusorem conducens insigne trecentas argenti marcas valitum ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ fabricatus est.



Nnn 3

RELIA.